

prestiterunt ad asportandum omnia, prout ex sequentibus apparabit. Occam-
vis autem idem archiepiscopus ecclesiam, sicut supradictum est, reliquit
absque debitis et fiscum ecclesie locupletem, dimisit^{d)}, tamen patriam et
subditos ecclesie plurimum inopes et destitutos propter exactiones frequen-
tes, quibus^{e)} avide intendebat in ipsis. Sepultus est itaque^{f)} in ecclesia
sancti Petri infra chorum ecclesie in excelsa tumba, quam ipse sibi fabric-
ari fecerat adhuc vivens de albo et nigro marmore scalpto plurimum
artificiisse. Fecerat quoque idem consimilem tumbam super sepulturam
domini Walrami predecessoris sui non minus preciosam.^{g)}

Tempora vacancie^{h)} ecclesie Coloniensis.

Post obitum igitur prefati domini Wil-
helmi Coloniensis archiepiscopi vacante
dicta ecclesia Coloniensi per 10 circiter
menses et legittimoⁱ⁾ parente administra-
tore incepit ipsa ecclesia sub adversi-
tate temporum^{k)} fortius laborare. Nam
post obitum dicti p^up^u pontifices paucis
elapsis diebus capitulum Coloniensis
ecclesie procedens ad electionem, quam-
vis ipsi scirent ex verisimilibus causis,
propter reservacionem sedis apostolice
electionem liberam sibi interdictam,
elegerunt in archiepiscopum nobilem
virum Johannem de Vynnebach, ma-
orem decanum, ad electionem quidem
suam ambitione manifesta valide aspi-
rantem, eundem electum Tumultuosa
laicorumⁿ⁾ potius ad adolacione^{o)} quam

Wilhelmo

Mortus siquidem Coloniensi presule
supradicto cepit status Coloniensis
ecclesie sub adversitate temporum
nimum laborare. Nam ipsa vacante
ecclesia vacante etiam hunc sede
apostolica capitulum ecclesie Coloni-
ensis ad electionem procedens eligit
concorditer, paucis tamen ut pote
tribus de capitulo exceptis nobilem
virum Johannem de Vynnebach
maorem decanum, ad electionem
ipiam ambitione valida aspirantem,
quem Tumultuosa^{l)} laicorum potius
adolacione quam canonica servata
moderatione tum armatorum in
pressione in sede pontificali colle-
mpiter collocaverunt, uno dumtaxat
de capitulo, videlicet subdecano de

^{d)} dimiserit 1. e) in quibus 2. f) ita 1. 2. g) speciosam 4. 4. n^o h) vacacionis 1. i) legittimo 2.
k) temporis 4. 4. 4^o l) tumultuoso 5. m) Vynnebach 1. n) laicorum 1. o) adolacione 1.